

quam biberent : verum non aquam, sed sanguinem percolatum tamen, et quasi aqueum invenerunt : ex quo permulti siti sue succurrerunt, mortemque evaserunt; alioqui enim septem dierum siti fuissent enecti. Pauci enim vini, et pauci lactis, quò sitim depellerent, copiam habebant. Addit Philo è venis novis fossione apertis quasi sanguinem è vulnere emicasse, ac proinde partim siti, partim potu hoc plurimos enectos esse. Ubi nota alterum et adversum miraculum : Hebraei enim ex eodem fluvio vel puteo haurientes; aquam hauriebant puram, cum ex eodem Ægyptii haurirent sanguinem, uti superius ex Josepho dixi.

VERS. 25. — IMPLETIQUE SUNT SEPTEM DIES. Non quasi plaga hæc sanguinis durarit septem dies, sed quòd post primam hanc plagam, quæ uno die duravit, usque ad secundam ranarum fluxerint septem dies, inquit Eusebius in Catena. Verum Philo et alii passim censent hanc plagam durasse septem dies : pro uno enim die non fodissent Ægyptii novas fossas et puteos : est ergo hebraismus. *Impleti sunt septem dies*, id est, septem dies perduravit sanguis in fluvio : post septimum verò diem in naturam aque reversus est sanguis, idque non rogati Pharaonis et deprecatione Mosis, ut vult Philo; nihil enim tale habet Scriptura; sed voluntate Dei volentis Ægyptios novis aliisque plagis punire. Infectio ergo secundæ plage ranarum fuit finis primæ plage sanguinis.

Tropologicè S. Augustinus. fecit tractatum de convenientiâ decem plagarum Ægypti cum decem præceptis decalogi, qui extat tomo ejus 9. Primâ ergo hæc plagâ, ait ipse, aqua vertitur in sanguinem, id est, Deus in idolum commutatur : homines enim carnales et insipientes indignè sentientes de majestate Dei, ejus gloriam attribuerunt animalibus et lapidibus, uti fecerunt Ægyptii : circumfodiunt puteos philosophi, qui suo ingenuo et studio parum aque, id est, doctrinæ de Deo, adepti sunt : sed sanguineæ, id est, admixtis erroribus conspurcate. Hinc Orosius lib. 7 Histor. c. 27. docet, hæc decem plagas allegoricè adumbrasse decem Ecclesie nascentis persecutiones, id est, decem plagas decem imperatoribus Ecclesiam persequentibus immisas.

Queres quot et quenam fuerint plage Ægypto à Mose et Deo inflictæ.

Respondeo fuisse decem. Prima fuit hæc sanguinis. Secunda, fuit ranarum c. 8, v. 3. Tertia, ciniphum c. 8, v. 17. Quarta, muscarum c. 8, v. 24. Quinta, pestis et interitus animalium c. 9, v. 3. Sexta, vesicæ turgentes et ulcera, tam in hominibus quam in animalibus c. 9, 10. Septima, tonitrua, grando et fulmina c. 9, v. 25. Octava, locustæ omnia depascentes c. 10, v. 15. Nona, triduanæ tenebræ c. 10, 22. Decima, cædes primogenitorum c. 11, v. 5, in quâ Pharo permittit Hebræos egredi, sed facti penitens eos insequens, in mari Rubro cum omnibus suis mersus est : quæ non tam plaga quam Pharaonis et Ægypti fuit exitium.

Sed cur fuerint decem? — Respondet Philo quia denarius symbolum est perfectionis : sicuti ergo plena

et perfecta erat mensura peccatorum, sic fuit et penarum Ægypti. Decem enim sunt peccata primaria : quæ totidem, puta decem, decalogi præceptis adversantur. Unde totidem plagis punivit Deus impios Ægyptios, quot datus erat populo suo mandata, quorum auctoritatem hæc punitione præviâ sacre voluit.

Ubi nota primò : Ægyptii per omnes ferè creaturas puniti sunt, scilicet per terram, aquam, aerem et ignem : per mixta, grandinem et sanguinem : per animalia, ranas, muscas, ciniphes, locustas : per solem et astra, cum se subducendo tenebras induxerunt ; per homines, Mosen et Aaron, per Angelos et Deum.

Secundò, in omnibus penè bonis puniti sunt, scilicet in fructibus agri, in animalibus, in filiis suis primogenitis, in auro et argento, in corporibus per ulcera.

Tertiò, in omnibus sensibus puniti sunt : in visu, per tenebras et spectra ; in auditu, per tonitrua ; in gustu, per sitim et potum sanguinis ; in odoratu, per fetorem ranarum ; in tactu, per dolorem ulcerum et morsum ciniphum ; denique in phantasiâ et mente, per continuum mororem ac multiplices terrores. Hæc plage Ægypti fuerunt prælidium et typus penarum gehennæ ; omnes enim hæc decem plagæ vel in se, vel in similibus excreciabant Pharaonem, aliosque damnatos in inferno, cui facile est singulas adaptare. Et si ita Deus punivit Ægyptos in hæc vitâ, quomòdò puniet Jannatos in gehennâ ? Hinc rursùm *eamdem plagam*, inquit Irenæus lib. 4, c. 50, in fine mundi universaliter accipiant gentes, quas tunc particulatim accepit Ægyptus, easque prævidit et prædixit S. Joan. Apocal. c. 8 et 9.

Symbolicè Deus punit peccatores decem plagis. Primò, sanguine, id est, discordiâ : aque enim potabiles Ægyptiis in sanguinem conversæ significant discordiam in intima Reip. viscera ac venas serpentem. Secundò, ranis, id est, rixis et tumultibus, qui ex discordiâ manant. Tertiò, culicibus, id est, curis et sollicitudinibus, quæ peccatores mundo et carni deditos pungunt et discruciant. Quartò, muscis caninis, id est, iris et odiis, quibus æstuant et invicem mordent ac laniant. Quintò, peste animalium, ut scilicet in rebus terrenis oblectamenta, quæ quæsierant, non inveniant, sed potiùs in iis fastidia, damna, dolores et tormenta sentiant. Sextò, ulceribus vesicularum, id est, stimulis conscientie, quæ quasi ulcera dolorem simul et pudorem ac horrorem afferunt. Septimò, grandine, id est, obstinatione in suis sceleribus. Octavò, locustis, id est, tyrannide et inquietudine concupiscentiæ. Nonò, tenebris, id est, cæcitate mentis. Decimò, morte primogenitorum ; id est, damnatione animæ. Sicut enim primogenitus in paternâ domo est princeps, sic animus est in utroque homine ; ita Alcazar in Apocal. 11, notat. 8 ; sed de singulis agam sigillatim inferiùs suis locis.

Queres secundò ubi et quando hæc plagæ sint factæ? — Respondeo primò : Factæ sunt in campo Tanæos, psal. 77, 12. Tanis enim erat civitas regia, et caput Ægypti, in quâ Pharo habitabat. Plaga ergo quælibet

primò feriebatur Tanim, in quâ erat scelerum collieries, deinde per universam Ægyptum diffundebatur, ut tradunt Hebræi. Secundò, contigerunt hæc plagæ anno 81 Mosis, id est, anno mundi 2434, post diluvium verò 797, ante bellum Trojanum, quod incidit in tempora Sansonis et Heli, annis 550, ante Romam conditam annis 745. Addit Paulus Orosius l. 4 Historiarum, cap. 9 et 10, plagas hæc contigisse sub idem tempus quo cougiti diluvium, non Ogygis, ut vult Africanus, sed Dencalionis ; et incendium quod, vocat Phæthontis.

Queres tertiò, quanto tempore hæc plagæ durârunt? Respondet Tornilius et Pererius, omnes uno mense peractas esse, scilicet 27 diebus ; nam post primam plagam usque ad secundam transierunt dies septem ; die 9 ablata est secunda plaga ranarum ; die 11 immissa est tertia plaga ciniphum : die 10 Moses minatus est muscas, et die 12 immisit eas ; et die 15 removit eas ; die 15 minatus est et infixit quintam plagam ; die 16 inflicta est sexta plaga ; die 17 minatus est plagam septimam, quæ inflicta est die 18, et subita 19 ; die 20 minatus est octavam plagam, et die 21 infixit eam, et die 22 removit ; sequentibus tribus diebus, puta 23, 24, 25, duravit plaga tenebrarum ; die 26, Pharo à se expulsi Mosen, et mediâ nocte sequente inflicta est decima plaga cædis primogenitorum, sub initium diei 27. Unus ergo ferè mensis lunaris fluxit à primâ plagâ usque ad ultimam. Nam eam ultima plaga contigerit 15 die primi mensis nisan, qui respondet nostro martio, hinc sequitur, primam plagam factam esse circa medium ultimi mensis qui Hebræis dicitur Adar, et respondet nostro februario. Errant ergo Hebræi, quod sequitur Generardus in psal. 104, dicentes hæc plagas spatio 12 mensium, per intervalla esse factas.

Queres quartò, quis fuerit auctor harum plagarum? — Respondeo : Fuit Deus, utens tamen subinde ministerio angelorum, de quibus dicitur psal. 77 : *Misit in eos iram et immissiones per angelos malos*. Ubi licet Generardus putet, hæc plagas inflictas esse per demones ; tamen verius est, id factum esse per angelos bonos ; tum quia Moses et Deus certabat hic cum magis et demonibus : ergo eorum operâ non utebatur ; tum

CAPUT VIII.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen : Ingredere ad Pharaonem, et dices ei eum : Hæc dicit Dominus : Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi ;

2. Sin autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis.

3. Et ebulliet fluvius ranas : quæ ascendent et ingredientur domum tuam, et cubiculum lectali tui, et super stratum tuum, et in domos servorum tuorum, et in populum tuum, et in furnos tuos, et in reliquias ciborum tuorum.

4. Et ad te, et ad populum tuum, et ad omnes servos tuos, intrabunt ranæ.

5. Dixitque Dominus ad Moysen : Dic ad Aaron : Extende manum tuam super fluvios ac super rivos et paludes, et educ ranas super terram Ægypti.

quia sic Sodomitas punivit per angelos bonos ; dicuntur tamen hi angeli mali, id est, noxii et inferentes mala, sive supplicia. Unde hebraicè est, *per angelos malorum*, scilicet opifices. Ministerium ergo suum Deo hic exhibuerunt angeli, peregerunt quoque plagam quintam pestis, et sextam ulcerum, et septimam tonitruorum, et nonam tenebrarum, et decimam cædis primogenitorum, fortè et tertiam ciniphum, et quartam muscarum ; reliquas, utpote subitaneas et miraculosas conversiones et productiones rerum solidarum et perfectarum, ut sanguinis et ranarum, fortè et locustarum, per se operatus est Deus.

Porrò finis harum plagarum fuit, ut Deus per eas ostenderet, tum suam curam et providentiam erga Hebræos, tum terribilem potentiam et vindictam adversus Pharaonem et Ægyptios, eosque cogeret Hebræos dimittere ; utque omnes gentes sui meti et reverentia percelleret. Id ita contigisse fatetur Chananeï Josue 2, 9.

Hinc patet, Hebræos in Ægypto ab his plagis fuisse immunes, ut patet, c. 8, 22, et c. 9, 4, et 26, et c. 10, 23, immunes quoque fuisse advenas et peregrinos, probabile est. Solis enim Ægyptii hæc plagæ infligebantur. Unde verisimiliter censet Pererius advenas, cum tam atrocis penas Ægypto infligi crenerent, dubitantes de totius regionis exitio, quamprimum ex Ægypto abiisse. Addit Pererius, immunes quoque fuisse Ægyptios eos, qui nihil in Judeos peccaverunt ; sed hoc valde incertum est. Solet enim Deus ob publicæ regni et regni peccata omnes punire, communi esse circa medium ultimi mensis qui Hebræis dicitur Adar, et respondet nostro februario. Errant ergo Hebræi, quod sequitur Generardus in psal. 104, dicentes hæc plagas spatio 12 mensium, per intervalla esse factas.

CHAPITRE VIII.

1. Le Seigneur dit encore à Moïse : Allez trouver Pharaon, et dites-lui : Voici ce que dit le Seigneur : Laissez aller mon peuple, afin qu'il me sacrifie.

2. Que si vous ne voulez pas le laisser aller, je frapperai toutes vos terres et je les couvrirai de grenouilles.

3. Le fleuve en produira une infinité qui entreront dans votre maison, qui monteront dans la chambre où vous couchez et sur votre lit, qui entreront dans les maisons de vos serviteurs et dans celles de tout votre peuple, qui passeront jusque dans vos fours, et jusque sur les restes de vos viandes.

4. C'est ainsi que vous serez tourmentés de ces grenouilles, vous, votre peuple et tous vos serviteurs. Pharaon ne fut point touché de ces menaces, et demeura toujours dans son endurcissement.

5. Le Seigneur dit donc à Moïse : Dites à Aaron : Étendez votre main sur les fleuves, sur les ruisseaux et sur les marais, et faites venir des grenouilles sur toute la terre d'Égypte.

6. Extendit Aaron manum super aquas Ægypti, et ascenderunt ranæ operueruntque terram Ægypti.

7. Fecerunt autem et malefici per incantationes suas similiter, eduxeruntque ranas super terram Ægypti.

8. Vocavit autem Pharaon Moysen et Aaron, et dixit eis : Orate Dominum, ut auferat ranas à me et à populo meo; et dimittam populum, ut sacrificet Domino.

9. Dixitque Moyses ad Pharaonem. Constitue mihi quando deprecere pro te, et pro servis tuis, et pro populo tuo, ut abigantur ranæ à te, et à domo tuâ, et à servis tuis, et à populo tuo; et tantum in flumine remaneant.

10. Qui respondit : Cras. At ille : Juxta, inquit, verbum tuum faciam; ut scias quoniam non est sicut Dominus Deus noster.

11. Et recedent ranæ à te, et à domo tuâ, et à servis tuis, et à populo tuo; et tantum in flumine remanebunt.

12. Egressique sunt Moyses et Aaron à Pharaone; et clamavit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum quam condixerat Pharaon.

13. Fecitque Dominus juxta verbum Moysi; et mortuæ sunt ranæ de domibus, et de villis, et de agris.

14. Congregaveruntque eas in immensas aggeres, et computruit terra.

15. Videns autem Pharaon quod data esset requies, ingravitur cor suum, et non audivit eos, sicut præceperat Dominus.

16. Dixitque Dominus ad Moysen : Loquere ad Aaron : Extende virgam tuam, et percute pulverem terræ; et sint ciniphes in universâ terrâ Ægypti.

17. Feceruntque ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens; percussitque pulverem terre, et facti sunt ciniphes in hominibus, et in jumentis; omnis pulvis terræ versus est in ciniphes per totam terram Ægypti.

18. Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, ut educerent ciniphes, et non potuerunt : erantque ciniphes tam in hominibus quam in jumentis.

19. Et dixerunt malefici ad Pharaonem : Dignus Dei est hic. Inderatimque est cor Pharaonis, et non audivit eos sicut præceperat Dominus.

20. Dixit quoque Dominus ad Moysen : Consurge diluculo, et sta coram Pharaone : egredietur enim ad aquas, et dices ad eum : Hæc dicit Dominus : Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi.

21. Quod si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, et in servos tuos, et in populum tuum, et in domos tuas, omne genus muscarum; et implebuntur domus Ægyptiorum muscis diversi generis, et universa terra in qua fuerit.

22. Faciamus mirabilem in die illâ terram Gessen, in qua populus meus est, ut non sint ibi muscæ : et scias quoniam ego Dominus in medio terræ.

6. Aaron étendit sa main sur les eaux d'Égypte, et les grenouilles en sortirent, et couvrirent l'Égypte de toutes parts.

7. Les magiciens firent aussi la même chose par leurs enchantemens, et ils firent venir des grenouilles sur la terre d'Égypte; mais ils ne purent chasser ensuite, quand ils le voulurent.

8. Pharaon appela donc Moïse et Aaron, et leur dit : Priez le Seigneur, afin qu'il me délivre, moi et mon peuple de ces grenouilles; et je laisserai aller le peuple d'Israël, afin qu'il sacrifie au Seigneur.

9. Moïse répondit à Pharaon : Pour vous assurer que c'est le Seigneur qui vous a envoyé ce mal, et que c'est lui qui vous en délivrera, marquez-moi précisément le temps auquel vous voulez que je prie pour vous, pour vos serviteurs et pour votre peuple, afin que les grenouilles soient chassées loin de vous et de votre maison, de vos serviteurs et de votre peuple, et qu'elles ne demeurent plus que dans le fleuve.

10. Demain, répondit Pharaon. Je ferai, dit Moïse, ce que vous me demandez; afin que vous sachiez que rien n'est égal au Seigneur notre Dieu, et qu'il fait tout ce qu'il lui plaît dans le ciel et sur la terre.

11. Les grenouilles se retirèrent de vous, de votre maison, de vos serviteurs et de votre peuple; et elles ne demeureront plus que dans le fleuve.

12. Moïse et Aaron étant sortis de devant Pharaon, Moïse cria au Seigneur pour accomplir la promesse qu'il avait faite à Pharaon, de le délivrer des grenouilles, au jour qu'il avait marqué.

13. Et le Seigneur fit ce que Moïse lui avait demandé, et les grenouilles moururent dans les maisons, et à des villages et dans les champs.

14. On les amassa en de grands monceaux, et la terre en fut infectée.

15. Mais Pharaon voyant qu'il avait un peu de relâche, appesantit son cœur, et il n'écouta point Moïse et Aaron, comme le Seigneur l'avait prédit, et il ne laissa point sortir son peuple, comme il le lui avait ordonné.

16. Alors le Seigneur dit à Moïse : Dites à Aaron : Étendez votre verge, et frappez la poussière de la terre, et que toute la terre d'Égypte soit remplie de mouches.

17. Ils firent ce que Dieu leur avait dit. Et Aaron tenant sa verge, étendit la main, et frappa la poussière de la terre; et les hommes et les bêtes furent tous couverts de mouches, et toute la poussière de la terre fut changée en mouches dans toute l'Égypte.

18. Les magiciens voulurent faire la même chose par leurs enchantemens, et produire de ces mouches; mais ils ne le purent; et les hommes et les bêtes en étaient couverts.

19. Alors ces magiciens, reconnaissant leur impuissance, dirent à Pharaon : C'est le doigt de Dieu qui agit ici. Mais le cœur de Pharaon s'endurcit, et il n'écouta point Moïse et Aaron, comme le Seigneur l'avait prédit; et il ne laissa point aller son peuple, comme il le lui avait ordonné.

20. Le Seigneur dit aussi à Moïse : Levez-vous dès la pointe du jour, et présentez-vous devant Pharaon; car il sortira pour aller sur l'eau, et vous lui direz : Voici ce que dit le Seigneur : Laissez aller mon peuple, afin qu'il me sacrifie.

21. Que si vous ne le laissez point aller, je m'en vais envoyer contre vous, contre vos serviteurs, contre votre peuple et dans vos maisons, non des mouches d'une seule espèce, comme dans la plume précédente, mais des mouches de toutes sortes; et les maisons des Égyptiens, et tous les lieux où ils se trouveront, seront remplis de toutes sortes de mouches.

22. Et je rendrai en ce jour-là, comme j'ai fait dans les autres, la terre de Gessen, où est mon peuple, une terre miraculeuse, où il ne se trouvera aucune de ces mouches, afin que vous sachiez que c'est moi qui suis le Seigneur de toute la terre, et que j'y envoie les biens et les maux comme il me plaît.

23. Ponamque divisionem inter populum meum, et populum tuum; cras erit sicut istud.

24. Fecitque Dominus ita; et venit musca gravissima in domos Pharaonis et servorum ejus, et in omnem terram Ægypti, corruptaque est terra ab hujusmodi muscis.

25. Vocavitque Pharaon Moysen et Aaron, et ait eis : Hæc et sacrificet Deo vestro in terrâ hæc.

26. Et ait Moyses : Non potest ita fieri; abominations enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro; quod si mactaverimus ea quæ colunt Ægyptiorum eis, lapidibus nos obruent.

27. Viam trium dierum pergemus in solitudinem; et sacrificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis.

28. Dixitque Pharaon : Ego dimittam vos, ut sacrificetis Domino Deo vestro in deserto; verumtamen longius ne abeat; rogate pro me.

29. Et ait Moyses : Egressus à te, orabo Dominum; et recedet musca à Pharaone, et à servis suis, et à populo ejus cras; verumtamen noli ultra fallere, ut non dimittas populum sacrificare Domino.

30. Egressusque Moyses à Pharaone, oravit Dominum.

31. Qui fecit juxta verbum illius; et abetuli muscæ à Pharaone, et à servis suis, et à populo ejus; non superfuit nea quidem.

32. Et ingravitum est cor Pharaonis, ita ut nec hæc quidem vice dimitteret populum.

33. Et ingravitum est cor Pharaonis, ita ut nec hæc quidem vice dimitteret populum.

VERS. 2.—PERCUTIAM OMNES TERMINOS TUOS RANIS. Terminos, id est, regiones tuas, usque ad ultimos limites et terminos earum; est metonymia. Post primam plagam sanguinis quæ duravit 7 dies, mox sequenti, scilicet 8 die, secuta est secunda hæc plaga ranarum plurimarum et molestissimarum, quas Deus clementi suâ justitiâ ita in supplicium sentium armavit, ut iidem etiam illos penitentiae admoneret. Justè puniuntur ranis aquatilibus, earumque coactione, qui infantes Hebræorum aquas merserant, eorumque vagitum contemperant. Infans enim ranis tam incessu, quam vagitu assimilantur; manibus enim et pedibus repunt quasi ranæ. Ita Theodor.

VERS. 5.—ET EBULLIET FLUVIUS RANAS. Hebræum scrats significat prolificare, fortissime multiplicare instar piscium et ranarum, quod noster aptè vertit, ebulliet, q. d. : Ranæ plurimæ instar bullarum à Nilo nascentur et prodeunt.

QUE ASCENDENT ET INGRADIENTUR DOMUM TUAM. En immutator hic Deo vindice aquatilium, puta ranarum, locus, ut instinctu nature suæ contrario, divinitus sibi insitio, in diversi elementa, puta aeris et terre, colani ferantur, ita ut nullus in terrâ Ægypti locus ranis esset occlusus aut impervius, angelis ranas quaquaversum propellentibus, aut etiam transferentibus. Gravior hæc ranarum fuit poena priore sanguinis. Prior enim solas aquas ademerat Ægyptiis, vni lactisque suo intacto; ranæ vero undique diffusa, non tantum suâ vocali et inconditâ musicâ aures eis obtundebant,

23. Je mettrai donc cette différence entre mon peuple et votre peuple : demain ce miracle se fera, et vous le verrez de vos yeux.

24. Le Seigneur fit ce qu'il avait dit. Une multitude de mouches très-dangereuses vint dans les maisons de Pharaon, de ses serviteurs, et par toute l'Égypte, et la terre fut corrompue par cette sorte de mouches.

25. Alors Pharaon appela Moïse et Aaron, et leur dit : Allez sacrifier à votre Dieu, dans ce pays-ci.

26. Moïse répondit : Cela ne se peut point faire; car nous sacrifierons au Seigneur notre Dieu des animaux dont la mort paraîtrait une abomination aux Égyptiens. Que si nous tuons devant les yeux des Égyptiens ce qu'ils adorent, ils nous lapideront. Nous ne sacrifierons donc point au Seigneur dans cette terre;

27. Mais nous irons dans le désert trois journées de chemin, et nous y sacrifierons au Seigneur notre Dieu, comme il nous l'a commandé.

28. Et Pharaon lui dit : Je vous laisserai aller dans le désert pour sacrifier au Seigneur votre Dieu; mais n'allez donc pas plus loin. Priez Dieu pour moi.

29. Moïse répondit : Je prierai le Seigneur aussitôt que je serai sorti d'auprès de vous; et demain toutes les mouches se retireront de Pharaon, de ses serviteurs et de son peuple. Mais ne me trompez donc pas, en ne laissant point encore aller le peuple pour sacrifier au Seigneur, comme vous avez déjà fait plusieurs fois.

30. Moïse, étant sorti d'avec Pharaon, pria le Seigneur.

31. Et le Seigneur fit ce que Moïse lui avait demandé; il chassa toutes les mouches qui tourmentaient Pharaon, ses serviteurs et son peuple, sans qu'il en restât une seule.

32. Mais le cœur de Pharaon s'endurcit, en sorte qu'il ne voulut point permettre encore pour cette fois que le peuple du Seigneur s'en allât.

COMMENTARIUM.

sed etiam cibos omnes, vasa, ollas, lanceas, sedes, mensas, domos, apothecas, penuaria, cubricula, lectos, vias, cunctaque occupant et fedabant, multæque ex eis emorientes suâ sanie et putore, tam aquas quam vias et domos inficiebant, ait Josephus. Audi et Script. : Ingredientur, ait, domum tuam, et cubiculum lectuli tui, super stratum tuum, et in domos servorum tuorum, et in populum tuum, et in furnos tuos, et in reliquias ciborum tuorum, et ad te, et ad populum tuum, et ad omnes servos tuos, intrabunt ranæ. Audi et Philonen : Ranæ, inquit, fora complebant, et cuncta edificia, tam sacra quam profana, tam privata quam publica; itaque cum nec foras progrederi possent homines suis oppletis, nec intus manere, referunt etiam intus penetrantibus, et ad summam quoque contiginationis ranis obrepentibus, ad extremam desperationem redacti sunt. Porro immensam fuisse earum multitudinem significat Scriptura, cum orante Mose ranis emortuis, subdit v. 14 : Congregaveruntque eas in immensas aggeres, et computruit terra. Hæc ergo ranæ omnes sensus cruciantur, primò, visum suâ magnitudine et deformitate; secundò, auditum suâ assidua et molestâ coactione; tertio, gustatum, quia esculentis et poculentis omnibus incidentes ea conspurcabant, et cum cibis in ora comedentium prosiliabant; quartò, odoratum teterimo fetore, quem exhalabant, præsertim mortuæ; quinto, tactum; quæ ascendebant enim mensas, sedes, lectos, ibique sedentium vel cubantium corpora, ad pedes, manus, facies invadebant et occupabant. Addit Petrus plures ex

ranis fuisse noxias et venenatas. Addunt, vel potius fabledantur Hebraei, ranas has intrasse corpora et viscera Aegyptiorum, per os apertum dormientium, et per alios meatus. Sic ranæ sæpius regiones integras vastarunt, populisque inde expulerunt, ut Abderitas à ranis sua patris pulso esse docet Orosius l. 3. c. ult.

ET IN RELIQUIAS CIBORUM TUORUM. Rectè vertit noster hebreum *hemisarotecha* quod tamen secundò significat fabrum conspersam. Unde Septuag., vertunt *in cois quæque* eorum, id est, massis, vel pastis tuis; Chald. vertit, in panariis tuis, id est, in pistrino, in locis quibus panis conficitur.

VERS. 5.— EXTENDE MANUM TUAM, cum virgâ quam tenes, ranas enim exprimunt hebraea; illa enim fuit effectrix et causa moralis horum omnium: hoc enim signo extensionis virgæ, cui imperio, ex aquis et earum potentia obedientiâ, evocate à Mose et Deo sunt ranæ.

Allegoricè, virga est crux, sive lignum crucis. Crux enim omnibus mirandis redemptionis nostræ operibus intervenit.

VERS. 6.— ET EXTENDIT AARON MANUM SUPER AQUAS. Super, id est, versùs, vel contra aquas; non enim tetigit eas, utpote longè ab eis remotus, et existens in atriâ Pharaonis. Extendit ergo emittis virgam, hæc extensione significans se Aegyptio ferire, suoque mandato plagam ranarum infligi.

Tropologicè, ranæ sunt garruli et clamosi; hi enim quietis amatoribus sùnt molesti, ut ranæ, turbantque pacem domus aut collegii. Unde Pythagoras dixit, *inrudinent domum non esse suscipiendam*, id est, garrulos et verbosos homines in familiarum non esse admittendos, ut explicat S. Hier. in Apol. contra Rufinum. Maximè verò ranæ sunt loquaces philosophi et heretici, qui, ait S. August. l. de Convenient. decem præcept. cum 10 plagis, *superbiam et inanes contentiones, quasi strepitum vocum habere possunt, sed doctrinam veræ sapientie non possunt insinuare; qui enim christiane veritati contradicunt, et in sua vanitate decepti decipiunt, ranæ sunt, tedium quidem afferentes auribus, nullos autem præbentes cibos mentibus*; atque, ita Tertul. contra Hermog. c. 4: Tales loquacitatem facundiam existimant, impudentiam constantiam deputant, et maledicere singulis officium bonæ conscientie iudicant. Rursùm sicut ranæ face noctu accensa obmutescent, ita et sophistæ ad hereticis visâ veritatis luce. Unde Poeta: *Lamine perculas cessant maledicere ranæ.*

Et victus veri luce sophista tacet.

Idem S. August. serm. 87 de Tempore, Origenes, Raban. et Rupert., per ranas intelligunt inflatam, modulata, fabulosa et impura carmina poetarum, quæ multis fuerunt exitio. Secundò, Greg. Nyssenus: *Ranæ, ait, typus sunt voluptuosæ et luxuriosæ vitæ; nam primò, ranæ animal est incipientis vitæ, in aquis et in terrâ vivens, in cœno et luto commorans: sic homo voluptuosus ambiguitas est inter hominem et bestiam; figuram enim hominis gerit, sed vitam bestie agit. Secundò, ranæ deformis est aspectu, et tetri fetoris, quæ aquis non mundatur, sed magis inquinatur; sic fœdi et*

foetentes sunt ventri et veneri addicti; nam gula et libido omnia eorum cogitata, dicta et facta, mentem corpore commaculant. Tertio, ranæ sunt loquaces: sic libidinosi turpia exhalant. Quarto, ranæ hæc omnia penetrabant, et conspurcabant: sic gula et libido omnia penetrat et sedat; in mensis gulosorum abundat, in lectulis et penetralibus assidet, muros et aulas eorum obscenis imaginibus, vasa fœdis sculpturis, corpus putredine, mentem corruptione obducit et inquinat. Ita Nyssenus.

VERS. 7.— Fecerunt autem et malefici per incantationes suas similiter. Nimirum non tot quot Aaron, quæ scilicet operirent omnes urbes et villas; sed paucas aliquas ranas ex aquis eduxerunt, quas prius aliunde occultè ed transulerunt dæmones, vel etiam quas naturaliter produxerant ex aquis, applicando activa passivis; ita enim naturaliter ex aquis ranas gigni videmus.

ORATE DOMINUM, UT AUFERAT RANAS. Hinc patet, graviores hæc fuisse plagam ranarum priore sanguinis. Hæc enim compulit Pharaonem orare Mosem pro liberatione, quod prior non fecerat.

VERS. 9.— CONSTITUTE MIHI QUANDO DEPRECA PRO TE. Hebr. est: *Gloriare super me quando orem pro te*, q. d.: Hunc tibi honorem defero, ut tempus constituas et definias, quo orem, ut ranis libereris tu cum tuis Aegyptiis. Nota *quando*, q. d.: Ne me certum et naturale tempus cessationis ranarum ex horoscopo, id est, ex inspectione horæ, vel ascendentis novi sideris, venari et rimari quasi astrologum, vel magum autumes; ipse tu tempus definito. Sciebat Moses se datum esse deum Pharaonis, liberatoremque Israelis; itaque de signis ad liberationem hæc necessariis ex Dei fiducia et promissione certus aucter promittit Pharaoni, se quolibet tempore ranas ablaturum, maxime quia nitentur tantâ suâ cum Deo familiaritate, et occultis à Deo agelatur stimulus ad hoc audendum, quasi Deus assisteret, certumque succurreret, ut quolibet tempore posset plagam hæc ranarum auferre: nulla ergo hic fuit Dei tentatio, fuit tamen hoc opus magi animi et virtutis. Unde Chald. vertit, *pote tibi potentiam*, id est, rem magnam, ad quam conficiendam opus est magnâ vi et potentia.

VERS. 10.— QUI RESPONDIT, CRAS: non statim hoc die et momento, tum tu tibi spatium dem orandi pro amovendis ranis, tum ut experiar an naturaliter pro se deficiant ranæ, quasi casu hæc illata, an potius tanquam divinâ virtute inductæ, non sine eadem tuis precibus implorata amoveri possint.

VERS. 12.— CLAMAVIT, non voce, sed desiderio et magnâ animi in Deum elevatione et contentione; sic c. 14, v. 15, Deus dicit ad Mosén tacentem: *Quid clamas ad me?*

VERS. 14.— CONGREGAVERTISQUE RAS (ranas) IN IMMENSOS AGGERES. Non statim orante Mose evanuerunt ranæ, ne prestigie fuisse putarentur, neve flagelli hujus oblivisceretur Pharaon. Unde Philo et Josephus tradunt, ex ranis mortuis fetorem intolerabilem exhalasse.

VERS. 17.— PERCUSSITQUE PULVEREM TERRE, ET FACTI SUNT CINIPHES IN HOMINIBUS, ET IN JUMENTIS. Tertia est hæc plagâ ciniphum, per quam in terrâ et pulvere puniti sunt Aegyptii, qui Hebræos in luto et lateribus oppresserunt.

Nota: hæc plagâ fuit in omni terrâ Aegypti, non simpliciter, sed ubicumque erant Aegyptii, vel eorum jumenta; ad hæc enim tantum crucianda missi sunt ciniphes. Unde quando dicitur: *Omnis pulvis terræ versus est in ciniphes*, intellige, per hyperbolen, *omnis*, id est, plurimum, quasi omnis, qui erat apud homines et jumenta. Idque ita esse patet ex v. 21. Nota secundò: hæc animalia nova dicuntur ciniphes, et græcè à Septuag. et Philone *exines* (quod in singulari dicitur *exipis*, vel *exipis*, à voce hebræâ *kinim* nonnihil immutata, vel potius à græco *exipes*, id est, pungere, prurium excitare; hoc enim faciunt ciniphes, qui et sciniphes vocantur.

Quares, quales fuerint hi ciniphes? Josephus, Hebræi, Cajet. et Oleaster Hebreum *kinim* vertunt pediculos, sed errant; non quia pediculi non è pulvere, sed è corpore generantur, tum quia Septuag., noster et Philo vertunt *ciniphes*, non pediculos. Secundò, Torriellus vult ciniphes fuisse pulices, quia, si fuissent culices, fuissent producti non hæc, sed sequenti plagâ, quæ fuit omnis generis muscarum. Verùm pulices non involant in oculos, et pulices vocantur, non ciniphes. Adde, culices propriè non esse muscas, cum alioqui varia sint genera muscarum; est enim musca, alia canina, alia equina, alia bovina; alia communis, alia hispanica; alia nigra, alia aurea, alia flava, etc.

Dico ergo, ciniphes fuisse culices (*exipis*, ait etymologicum græcum, *exipis* *exines*, cinips est culicis speciem generis) eorumque infinita examina (ut velut extensa nubes, totam obumbrarent Aegyptum, ait Philo), qui et corpora aculeatis stimulis terebrarent, et, ut ait Philo, nares etiam auresque pervaderent, et in oculos involarent. Quare hoc animal licet minutissimum sit, est tamen molestissimum. Unde S. Jacobus Nisibites in Saporem regem Persarum, Nisibim obsidentem, execrationem ciniphum jaculatus, mox iis equos et elephantos ejus disjecit, teste Theodor. in Philotheo. Hinc Albertus Magnus l. 16 de Animalibus, ciniphes ait corpore esse vermes, capite autem et alis esse muscas, habere in ore aculeum, quo pungunt et sugunt, palustribus nasci locis, et animalium spiritus, sed maximè humanos consecrari. Hi autem: Mossici aciores, et quasi miraculosi fuerunt; neque volabant girando in aere, ut faciunt culices, sed homines et jumenta invadebant.

Tropol. ciniphes sunt sophismata dialectica hereticorum, quæ minutis et subtilibus verborum et argumentorum stimulis animas terebrant, et tantâ calliditate circumveniunt, ut deceptos nec videat, nec intelligat. Ita Orig. et ex eo S. Aug. serm. 87 de Tempore.

Rectè Diogenes sophistam retudit; cum enim ille suis argutationibus colligeret, quòd Diogenes haberet cornua, Diogenes frontem et tempora manu contrec-

tans; atqui, ait, ego illa non video. Idem alteri sic colligenti: Quod ego sum, tu non es; ego sum homo; ergo tu non es homo, respondit: A me incipe, et rectè collegeris: Quod Diogenes est, hoc non est sophista; Diogenes est homo; ergo sophista non est homo. Quare meritiò Ariston dicebat, dialecticorum argutias similes esse telis aranearum, quòd plurimum haberent artificii, minimum utilitatis.

S. August. in Menem. decem præcept. cum 10 plagis, docet hæc plagam opponi tertio præcepto, quo jubetur sabbatum sanctificare, id est, requiem habere mentis; ciniphes enim significant homines inquietos, contentiosos et rixosos, qui pacem suam et alienam perturbant.

VERS. 18.— Feceruntque similiter malefici. Fecerunt, id est, facere conati sunt per suas incantationes. Ita S. August.

ET NON POTUERUNT. Cur magi, qui ranas et majora fecerant, non potuerunt parvos ciniphes producere? — Respondent Hebræi apud Lyran. causam esse quòd dæmones non possint producere animal minus grano hordei, minores autem esse ciniphes. Sed hæc sunt nanæ; licet enim arte subinde possint fieri maxima, non minima, tamen per naturam, et per causas naturales (per quas agunt dæmones) facilius sunt minoræ et viliora animalia, quam majora; hæc enim pluribus rebus egent, ut experientia patet. Secundò, Rupertus putat magos effecisse ciniphes, non tamen veros, qui scilicet pungent, essentque aculeati. Sed unde hoc didicit Rupertus? Imò, repugnat Scripturæ, quæ simpliciter ait eos potuisse effecere ciniphes. Tertio, Cajet. hæc causam dat, quòd incantationes illæ non essent appropriate ad talem effectum, scilicet ad ciniphes producendos; certum enim est dæmones posse ciniphes producere. Verùm non dubium est, quin dæmon, qui hic omnem suam vim contra Mosén exserbat, incantationes proprias et accommodatas suggerisset suis magis.

Dico ergo, à Deo impeditos fuisse dæmones, ne ciniphes possent effecere; hoc enim ipsi magi fateantur, dicentes: *Digitus Dei est hic*; idque ut sic Dei potentia, et dæmonum imbecillitas magis appareret, quòdque non dæmon sed Deus nobis timendus sit, qui dæmonis vires cohibet, ut etiam in rebus parvis nocere non possit, ni Deus id ei permittat. Denique hic impotentia arguntur mendaces magi et dæmones; atque omnibus patuit, eorum mira, quæ prius fecerant, non fuisse vera miracula, eosque à Mose victos et prostratos esse, ac consequenter Mosén verum veri Dei Prophetam et servum, ipsos verò magos esse et dæmonis servos.

Allegoricam causam dat S. August. p. 25 in Exod. In tertiâ, ait, ciniphum plagâ, defecerunt magi, ut significaretur quòd philosophi gentium non agnovissent mysterium SS. Trinitatis. Licet enim Plato et alii de Patre et Filio non tacerent, tamen non agnovissent Spiritum sanctum, qui digitus est Dei.

Moraliter hinc discit, si fortiter et constanter cum Mose relictis dæmoni, maximè cum rebus

imbecille, ita ut nec cinipem possit efflicere. Vers. 19. — Dirrus 22' vsr mc, qui scilicet Mosi assistit, eumque iuvat, sed nos invadit et compescit, cogitque e cedere. Ille Deus, et Moses ab hostibus etiam invitit veram verorum, et à Deo manantium signorum Mosi confessionem extorquet.

Quæres quid significet hic digitus? — Respondent aliqui, digitum significare plagam, quam Deus Levi metu, et quasi digito suo infixit; et sicut decem digitos habet homo, ita decem fuerunt plagæ Ægypti; unde Chaldaeus vertit, à facie Dei plaga hæc est. Secundo, et apertus, digitus Dei est Dei potentia, virtus et operatio; brachio enim et digitis, quæ actionis sunt instrumenta, potentiam actionemque significant Hebræi. Licet enim in Deo una sit virtus operativa, eadem tamen multiplex est et multiformis, ratione multorum effectuum, unde vocatur digitus vel digiti. Hinc Isaia 40, dicitur Deus tribus digitis appendere molem terre, et Psal. 8: Videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum; ita Rupertus, Cajet., Lyran., Lipe-man. Rursum à Dei significat ingentem potentiam, q. d.: Virtus, quæ operatur Moses, est eximia et insuperabilis; sic enim vocatur montes Dei, cedri Dei, id est, maxima.

Mysticè, ex mente non magorum, sed Dei, digitus Dei est Spiritus sanctus; nam primò, sicut digitus à brachio et manu, ita Spiritus S. à Patre et Filio procedit. Secundo, sicut multi sunt digiti, ita multa sunt dona Spiritus S. Tertio, tot sunt digiti dextere manûs, quot sunt sinistræ, quia pari fortitudine et gratiâ Spiritus S. indigemus ad sustinenda prospera atque adversa. Ita SS. Aug., Hier. et Nyssen; hinc quod Luce 11, v. 20, Christus dicitur in digito Deo eicere demonia, Matth. c. 12, 28, id explicat, dicens, eum id facere in Spiritu Dei.

Dei Perperam Lyran. per Deum hic demonem superiorem intelligit, qui per magiam impediabat magorum et inferiorum demonum operationem. Si enim, ait, magi cognovissent verum Deum adesse Mosi, non ausi fuissent illi amplius resistere: atqui resisterunt illi post hæc cap. 9. 11. Verum hoc est contra omnes interpretes, et contra ipsa plana Scripturæ verba. Neque mirum magos postea ad ingenium rediisse, et resistisse Mosi. Sic enim Pharo subinde poenitens, mox ad ingenium redit. Adde, sicut demones Deo resistunt, licet eum cognoscant, sic resistunt et magi aliique maximi peccatores.

INDURATUM EST COR PHARAONIS. Tum ex eo, quod magi similia ac Moses se posse et scire dicebant, similiaque facturos nã à Deo impeditur; tum etiam quia majora jam eos fecisse viderat.

VERS. 21. — IMMITTAM IN TE, etc. OMNE GENUS MUSCARUM. Hebræicè est *arob*, quod si radicem spectes, significat mixtum sive miscellaneum, quod aliqui determinant ad feras, quasi variarum bestiarum genera mixtum in Ægyptis hæc quartâ plagâ immiserit Deus. Ita Josephus. Unde Chald. vertit, *mixture bestiarum noxiarum*; Pagnin., *omne genus ferarum*; R. Salomon, *turbam serpentium et scorpionum*; Aben Ezra, *incurSIONEM leo-*

num, et pardorum, et luporum. Mellis S. Hier., Septuag. et Aquila interpretantur *arob*, miscellam muscarum, sive turbam variarum muscarum; Aquila enim vertit *καρπινας*, id est, omnis generis muscam; Septuag. quoque vertunt *καρπινας*, id est, communem muscam, puta omne genus muscarum. Unde et latinus interpres retinens nomen græcum *cynomomyia* (sic enim legendum cum Romanis, non *cynomomyiam*), vertit Ps. 77, 45, et Ps. 104, 51. Unde S. Hier. Ep ad Suniam et Fretellam, putat vitiòse legi in Septuag. *καρπινας* per u, id est, caninam n̄ scam, per *καρπινας* per c, id est, communem muscam; *καρπινας* tamen, legitur Origen., Aug. et Theod., quin et Philo, qui *καρπινας* vocari dicit à duobus impudentissimis animalibus, scilicet cane et muscâ, q. d. Moses: deusa hæc instar canum fuit impudentissima, audacissima, mordacissima. Ita Ægyptii impudentiam indicantes pingebant muscam, quæ licet crebrò abacta, identidem tamen inverecunde redit. Ita Horus Apollo lib. 1, Hierogl. 48.

Mysticè, S. August. hæc quartam plagam opponit quarto precepto, quod est de honorandis parentibus; qui enim parentes non honorant, puniuntur per muscam caninam, id est, per nequitiam diaboli; caninum enim est parentes suos non agnoscere. Unde canum catuli cæci nascuntur. Secundo S. Aug. serm. 87, et Origen., per *cynomomyiam* accipiunt sectam eyuicorum, ob publicum et in verendum libidinis usum. Alii accipiunt hæreticos, qui initio pie blandiuntur, sed deinde ringuntur et mordent, ut canes. Verissimè enim dicit B. Thomas Morus: 4 Hæretici nostri hypocrisis sustulerunt, sed impudentiam substituerunt, ut qui c ante religionem simulabant, nunc in implete gloriæ rientur. Tertio, Pererius *cynomomyia* comparat caudicicos, aliosque homines litigiosos, qui tanquam canes se invicem mordent et lacerant. Rursum *cynomomyia* sunt maledici; nam, ut ait Plutarch. in Moral., sicut amici detestantur canem incurrentem, qui eos dirimat, sic execrari debent homines caninos, qui maledicentiâ suâ dirimunt amicorum benevolentiam. Hinc Alcibiades canem ingentem abscissâ caudâ per urbem dimisit; hoc cum multis stultum et ineptum visum esset, momentibus eum amicis, ac sermones qui de eo circumferebantur enarrantibus, ridens Alcibiades: Sic, inquit, res ut intenderam successi. Hoc enim Atheniensibus loquendi argumentum præbere voluit, ut eos à peioribus, quæ de me et aliis conviciòse loquuntur, novis his averterem. Testis est Plutarch. in Alcibiade. Quarto, S. Gregorius per omne genus muscarum, accipit inquietas et insolentes desideriorum carnalium curas, quibus agitantur et feriuntur mundi et voluptatum sectatores. Vide eum lib. 18 Moral. c. 28.

VERS. 22. — FACIAMQUE MIRABILEM IN DIE ILLA TERRAM GESSEN. Potest hebr. *hiphleti* cum Chald. verti, *dividam terram Gessen*, ut scilicet illa sola in Ægypto sit immunis ab hæc plagâ muscarum. Unde tertio, *hiphleti* sic verti potest, *miraculosè agam cum terrâ Gessen*. Radix enim *pala* significat, separavit, vel mira-

bilem fecit, q. d.: Faciam terram Gessen *pala*, id est, mirabilem et orbis miraculam. Sic angelus apparet Manue patri Samsonis, roganti quo nomine vocaretur? Car, inquit, *quæris nomen meum, quod est pala*, id est, *mirabile*? Judic. 13, 14. Sic Christus Isaia 9, 6, vocatur *pala*, id est, *mirabilis*. Simili modo appositè in excidio Hierosolymæ per Titum, cum Christiani Dei monti exierunt et evaserunt in urbem Pellam, teste Eusebio lib. 5, c. 5, appositè urbs illa, vel antèrius, vel posterius, puta ex mirâ hæc evasione, à Christianis dicta est *Pela*, vel *Pella*, id est, *mirabilis separatio*, quia sicut olim Deus terram Gessen fecit *pala*, id est, mirabilem, ac separavit eam à plagis Ægypti; ita pariter separavit in *Pella* Christianos à plagis Judæorum in Jerusalem excisorum à Tito. Ita Alcazar Apoc. 7, sub initium pag. 468.

ET SCIAS QUONIAM EGO DOMINUS IN MEDIO TERRÆ, id est, Dominans in terrâ latâ et amplâ. Sic Hebræi, medium, vel cor maris, vocant ipsum mare latum et profundum; adde, scilicet rex in medio regni residens, circumquaque totum regnum circumspicit et administrat; ita et Deus anthropopathòs dicitur in medio terræ, quasi rex residere, et quaquaversum latissimè dominari.

VERS. 25. — PONAMQUE DIVISIONEM. Hebr. est *ponam pedatâ*, id est, redemptionem, q. d.: Redimam, eximam et liberabo meos Hebræos à communi plagâ, quæ totam Ægyptum affligit.

VERS. 24. — ET VENIT MUSCA GRAVISSIMA. Quartam hæc plagam muscarum sine sensili signo, sine extensione virgæ, se solo infixit Deus, ne quis suspicaret quid numinis virgæ inesse, aut non esse Deum, qui hæc patret.

MUSCA GRAVISSIMA. *Gravissima*, id est, plurima. Sic enim per metalepsin et per enallagen quantitatibus continuæ pro discretâ, sumunt Hebræi *gravis* pro multis, copiosus. Sic Ps. 54, 48, dicitur: *In populo gravi*, id est, multo, *laudabo te*. 1 Machab. 4, 18: *Intravit Antiochus Ægyptum in multitudine gravi*, id est, copiosa. Nahum. 3, 5: *Vox gravis ruina*, id est, vox multe cædis; nam precedit *vox multitudinis intersectæ*. Sic et Latini usurpant *gravis*, ut Varro apud Nonium Marcellum, cum ait: *Ubi graves pascentur et alantur pavonum greges*; *gravis*, id est, multi; et Sallustius: *Cœpit per omnem provinciam grave pretium frugibus esse*. Grave, id est, magnum et multum. Secundo, *gravissima*, id est, molestissima et nocentissima, tam hominibus quàm jumentis. Unde sequitur: *Corruptaque est terra ab hujusmodi muscis*. Hinc Abulens. putat hæc muscæ morsu suo venenatas fuisse. Sic olim muscæ gentes et regiones integras perdidisse tradit Plinius lib. 10, c. 28, idèdque, ait, Elæi deum myiorem, sive myiagram, quasi Jovem muscarum coluerunt ad abigendam pestem muscarum: sicuti Acaeronia coluerunt Beelzebub, id est, deum muscæ, quem multi putant eundem esse cum myiide sive myiagro, id est, Jove muscarum.

VERS. 26. — ADOMINATIONES ENIM ÆGYPTIORUM IMMOLABIMUS DOMINO DEO NOSTRO? Interrogatvè nos ter interpres verit ad emphasis, uti vertit et Chaldaeus et Pagninus, q. d.: Nullo modo expedit, ut in Ægypto coram Ægyptiis matrem et sacrificium oves et boves; hæc enim ipsi colunt. Unde, si ea joglemus, lapidabunt nos. Patet ex sequentibus.

Quæres, quæ sint abominaciones Ægyptiorum? Nota, abominacionem poni pro abominabili, vel abominatâ. Vide can. 21. Jam primò, aliqui sic accipiunt, ut *abominaciones* vocentur ea quæ diis suis sacrificabant Ægyptii, quæ Hebræis erant abominanda; apud veteres enim porcus immolabatur Cereri, anser Veneri, asinus Priapo, Diana canis, Phœbo equus. Hæc verò animalia Hebræis immolare erat nefas. Secundo, et genuinè, ut patet ex hebræo et ex sequentibus, abominaciones hæc vocantur pecudes sacre, quarum eadem quasi sacrilegam Ægyptii abominabantur, utpote qui eas colerent quasi numina, vel quid humanis habentia. Unde quæ hæc vocantur *abominaciones*, paulò post vocantur *quæ colant Ægyptii*. Sic enim Jovem Homonionem colebant ipsi in ariete, Apin in vitulo et bove. Ita Philo. Hanc etiam ob causam pastores ovium detestabantur Ægyptii, quia scilicet ipsi jugulare solent oves, quæ colebant Ægyptii, ut dictum est Genes. 46. Licet enim lex Leviticæ de victimis necesse esset lata, sciebant tamen Mosæ partim ex traditione et exemplo majorum, partim Dei instinctu, Deum velle sibi oves et boves immolari, non porcos, aliæque animalia immunda. Quod nota contra Rupert., qui hic litteralem sensum excludere, et pro eo tropologicum substituit conatur.

Tropologicè, abominaciones Ægyptiorum sunt fides, justitia, pietas, penitentia, mortificatio carnis et cupiditatum, aliæque virtutes, quarum sacrificium Deo est gratissimum, quæ impii horrent et aversantur. Audi S. Greg. 10 Mor. 25: *Quid hic peccator totis cogitationibus sperat, nisi ut potestate ceteros transeat, cunctos rerum multipliciitate transcendat, adversantes dominando subjiciat, obsequentibus mirandus innotescat, iræ ad votum satisfaciat; benignum se cum laudatur ostendat; quidquid quibus appetit, offert. Bene ergo spes illorum abominatio dicitur, quia ea quæ carnales ambiunt, spirituales quique judicio rectitudinis aversantur; et quod illi voluptatem æstimant, hi pernam putant, quia ut caro mollibus, sic anima dura nutritur, et sicut carnem dura satiant, sic spiritum mollia necant. Spes itaque carnalium abominatio anime dicitur; quia inde in perpetuum spiritus interit, unde ad tempus caro suaviter vivit. Et c. 27: *Quod abominantur Ægyptii, hoc Isaaciae Deo offerunt, quia simplicitatem conscientie, quam injusti quique despiciunt, hæc justis in virtutis sacrificium vertunt, et excolentes recti puritatem ac mansuetudinem Deo immolant, quam abominantur reprobi factitatem putant.**

VERS. 32. — ET INGRATUM EST. Hebræicè, et aggravavit Pharo cor suum: Sic et Septuag.